

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 41.
Pagine 1623-1679.

In festo Corporis Christi.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2010.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.



¶ *In festo Corporis Christi.*¹

Festum majus duplex.

Ad primas vesperas.

[*Super psalmos.*]²

1520:8v; 1531:159v.³

1. Ant.
I.ii.

204335.




A-cérdos in e-tér-num * Christus Dómi-nus se-

cún- dum ór-di-nem Melchí-se-dech pa-nem et vi-num

óptu-lit. *Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

1520:8v; 1531:159v.

203126. 2. Ant. II.i.




I-se-rá-tor Dó-mi-nus * escam de-dit timénti-
bus se in me-mó-ri-am su-ó-rum mi-ra-bí-li-um.

Ps. Confitebor. ij. (cx.) [312].

1520:9r; 1531:159v.

200722. 3. Ant. III.i.




A-li-cem * sa-lu-tá-ris accí-pi-am et sacri-fi-cá-bo

hós-ti-am laudis. *Ps. Credidi. (cxv.) [320].*

1520:9r; 1531:159v.

204661. 4. Ant. IV.i.



I- cut no-vél-le o-li-vá-rum * ecclé-si-e fi-li- i

sunt in circú- i- tu mense Dó-mi-ni. *Ps. Beati omnes. (cxxvij.) [332].*

1520:9r; 1531:159v.

5. Ant.

V.i.



Ui pa-cem * po-nit fi-nes ecclé- si- e fru-mén-ti

204127.



á-di-pe sá- ti- at nos Dómi-nus. *Ps.* Lauda Hierúsalem. (*cxlviij.*)
[356].

Capitulum. 1. *Cor.* xj. (23.)

Dominus Jesus in qua nocte
tradebátur accépit panem, et
grátias agens fregit et dixit : accípite

et manducáte, hoc est corpus meum
quod pro vobis tradétur.

1520:9r; 1531:159v.

Resp.
V.




Omo qui-dam fe- cit *ce-nam magnam et mi-sit ser-


601068.



vum su- um ho- ra ce-ne dí-ce-re in-vi-tá-tis ut ve-ní-rent.




†Qui- a pa-rá-ta sunt óm- ni- a.



601068a.

℟. Ve-ní-te comé-di-te pa-nem me-um : et bí-bi-te vi-num

In festo Corporis Christi.




quod míscu- i vo-bis. †Qui- a. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :
et Spi- rí-tu- i Sancto. †Qui- a.

HS:62r; 1520:9v; 1531:159v.

830301.

Hymn.
VII.




Acris so-lénni- is * juncta sint gáu-di- a, Et ex pre-
córdi- is sonent pre-có- ni- a : Re-cé-dant vé-te-ra no-va
sint ómni- a, Corda vo- ces et ópe- ra. 2. Noctis re-có-li-
tur ce-na no-vís- sima, Qua Christus cré-di-tur agnum et
á- zima : De-disse frá-tri-bus juxta le-gí-tima, Pris-cis
in-dúlta pá-tri- bus. 3. Post agnum tý-pi-cum explé-tis é-


In festo Corporis Christi.

pu-lis, Corpus Domí-ni-cum da-tum discí- pu-lis : Sic to-tum
ómni-bus quod to-tum síngu-lis, E-jus fá- temur má-ni-
bus. 4. De-dit fra-gí-li-bus córpo-ris fér-cu-lum, De-dit et
trís-ti-bus sán-gui-nis pó- cu-lum : Di-cens, Accí-pi-te quod
tra-do váscu-lum, Omnes ex e-o bí-bi- te. 5. Sic sacri-fí-ci-
um istud instí- tu- it, Cu-jus offí-ci- um commít-ti vó- lu-
it : So-lis presbý-te-ris qui-bus sic cóngru- it, Ut sumant et
dent cé-te- ris. 6. Pa-nis angé-li-cus fit pa-nis hó-mi-num,


In festo Corporis Christi.




Dat pa-nis cé-li-cus fi-gú-ris tér-mi-num : O res mi-rá-bi-lis




mandú-cat Dó-mi-num, Pau-per ser-vus et hú-mi-lis.



7. Te tri-na Dé-i-tas ú-na-que pós-cimus, Si-cut nos ví-si-tas



sic te re-có-limus : Per tu-as sé-mi-tas duc nos quo téndi-



mus, Ad lu-cem quam inhá-bi-tas. Amen.


℣. Panem de celo prestitisti eis.

℟. Omne delectaméntum in se habéntem.


1520:9v; 1531:159v.

203554.

Ant.
VI.




quam su-á-vis * est Dó-mi-ne Spí-ri-tus




tu-us, qui ut dulcé-di-nem tu-am in fí-li-os demon-


In festo Corporis Christi.



strá- res : pa-ne su-a- vís-simo de ce- lo présti-to



e-su-ri- éntes replens bo-nis fas-ti-di- ó-sos dí-vi- tes



dimít-tens in-á- nes. *Ps. Magnificat. 64**.

Oratio.

[160r.] **D**eus qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tue memó-riam reliquisti : tríbe quésumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra

mystéria venerári, ut redemptiónis tue fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre. *et cetera.*

¶ *Nulla fiat memoria in audientia : nisi aliquod duplex festum in hac iiij. feria celebratum fuerit : et nisi octave Sancte Trinitatis fiant cum regimine chori.*

¶ *Ad completorium omnia fiant sicut in festo Sancte Trinitatis, 1582. ita tamen quod in fine hymni dicitur versus Glória tibi Dómine, Qui natus es de vírgine. Hic etiam V. dicitur in fine omnium hymnorum ejusdem metri quotidie per octavas quando fit servitium de Corpore Christi : nisi in hymno Verbum supérnum. ad laudes hujus festi.*

Ad matutinas.

1520:9v; 1531:160r.


Invit.
IV.v.



Hristum Re- gem * a-do-rémus domi-nán- tem

100077.

In festo Corporis Christi.



gén-ti-bus. †Qui se mandu-cánti- bus dat spí- ri-
tus pin- gué-di-nem. *Ps. Ve-ní-te. 24**.

HS:63v; 1520:10r; 1531:160r.⁴

008367.

Hymn.
III.




Ange lingua glo-ri-ó-si * Córpo-ris mysté-ri-um,
Sangi-nisque pre-ci-ó-si quem in mundi pré-ci-um : Fruc-
tus ventris ge-ne-ró-si, Rex effú-dit génti- um. 2. No-bis da-
tus no-bis na-tus ex intácta Vírgi-ne, Et in mundo conver-
sá-tus sparso verbi sémi-ne : Su- i mo-ras inco-lá-tus, mi-ro

In festo Corporis Christi.

clausit ór-di-ne. 3. In supréme nocte ce-ne re-cúmbens cum
frá-tri-bus, Observá-ta le-ge ple-ne ci-bis in le-gá-li-bus :
Ci-bum turbe du-odé-ne, se dat su- is má-ni-bus. 4. Verbum
ca-ro pa-nem ve-rum verbo carnem éffi-cit, Fitque sanguis
Chris-ti me-rum etsi sensus dé-fi-cit : Ad firmándum cor sin-
cé-rum, so-la fi-des súffi-cit. 5. Tantum ergo sacraméntum
ve-ne-rémur cérnu-i, Et antíquum do-cuméntum no-vo
ce-dat rí-tu-i : Prestet fi-des suppleméntum, sénsu-um de-

In festo Corporis Christi.




féctu- i. 6. Ge-ni-tó-ri Ge-ni-tó-que laus et ju-bi-lá-ti-o,
Sa-lus honor virtus quoque sit et be-ne-díc-ti-o : Pro-ce-
dénti ab utróque, compar sit laudá-ti-o. Amen.

¶ *In primo nocturno.*

1520:10v; 1531:160r.

1. Ant.
I.v.



Ructum sa-lu- tí-fe-rum * gus-tándum de-dit Dó-
mi-nus mortis su-e témpo-re. *Ps.* Beátus vir. (j.) [12].

1520:10v; 1531:160r.⁵

2. Ant.
II.i.



200020.




fruc-tu * frumén-ti et vi-ni mul-tipli-cá-ti fi-



dé-les in pa-ce Chris-ti requi-éscunt. *Ps.* Cum invocárem.
(*iiij.*) [13].
1520:10v; 1531:160r.


3. Ant.

III.i.




200833.

Ommu-ni-óne * cá- li- cis quo De-us ipse súmi-



tur : non vi- tu- ló- rum sán- gui- ne congre- gá- vit nos Dó-



mi- nus. *Ps.* Consérva me. (*xv.*) [25].

℣. Panem celi : dedit eis.

℟. Panem angelórum manducávit homo.

Lectio j.

Mmensa divíne largitátis
beneficia exhibita pópulo
Christiáno : inestimábilem
ei cónferunt dignitátem. Neque enim
est aut fuit aliquándo tam grandis
nátio : que hábeat deos appro-
pinquántes sibi : sicut adest nobis
Deus noster. Unigénitus síquidem
Dei Fílius, sue divinitátis volens nos
esse partícipes : nostram natúram
assúpsit : ut hómínes deos fáceret


factus homo. Et hoc ínsuper quod de
nostro assúpsit : totum nobis
cóntulit ad salútem. Corpus namque
suum pro nostra reconciliatióne in ara
crucis hóstiam óbtulit Deo Patri,
sánguinem suum fudit in préci-
um simul et lavácrum : ut redémpti a
miserábili servitúte, a peccátis óm-
nibus mundarémur. Et ut tanti
beneficii jugis in nobis manéret
memória : corpus suum in cibum et

sanguinem suum in potum, sub specie
panis et vini sumendum, fidelibus

dereliquit.

1520:10v; 1531:160r.⁶

1. Resp. I.

601107.  Mmo-lá-bit * he- dum mul-ti-túdo fi-li-ó-rum


Isra- el ad vés- pe-ram pas- che. †Et e- dent

601107a. car- nes et á- zi-mos pa- nes. ✠. Pascha nostrum

immo-lá- tus est Chris- tus : í-taque e-pu-lé-mur in

á-zimis sin-ce-ri-tá-tis et ve-ri- tá-tis. †Et e- dent.

Lectio ij.

 precíosum et admirándum
convívium salutíferum : et
omni suavitate replétum. Quid enim
hoc convívio precíosius esse potest :
in quo non carnes vitulórum et
hyrcórum ut olim in lege, sed nobis

Christus sumendus propónitur verus
Deus ? Quid hoc sacraménto mi-
rabílius ? In ipso namque panis et
vinum in Corpus Christi et Sán-
guinem substantíaliter convertúntur.
Ideóque Christus Deus et homo

perfectus : sub módici panis specie continetur. Manducatur itaque a fidelibus : sed dentibus minime laceratur. Quinimmo diviso sacramento integer sub quolibet divisionis particula perseverat. Accidentia etiam sine subiecto in eodum consistunt :

ut fides locum habeat, dum visibile invisibiliter sumitur sub aliena specie occultatum, et sensus a deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicant sibi notis. Tu autem Domine [miserere nostri].⁷

1520:11r; 1531:160r.

2. Resp.

II.



O- me-dé- tis * car- nes et

600384.

sa- tu-ra- bí- mi-ni pá-ni-bus. †Iste est pa-nis

[160v.]

quem de-dit vo-bis Dómi- nus ad ves-cén-

dum. ✎ Non Mó- y-ses de-dit vo-bis

600384a.

pa-nem de ce- lo : sed Pa-ter me-us dat vo-bis pa-nem

de ce-lo ve- rum. †Iste est.


Lectio iij.


NUllum étiam sacraméntum est isto salúbrius : quo purgántur peccáta, virtútes augéntur, et mentes ómnium spirituálium carismátum abundántia impinguántur. Panem ergo celéstem spirituáliter manducáte, innocéntiam ad altáre apportáte, peccáta et si sint quotidíana et non sint mortífera : secúri accédite, vivíficans enim panis est non venénium.

Offértur in ecclésia pro vivis et mórtuis ut ómnibus prosit, quod est pro salúte ómnium institútum. Suavitátem déniqúe hujus sacraménti, nullus exprímere potest : per quod spirituális dulcédo in suo fonte gustátur, et recólitur memória illius quam in sua passióne Christus monstrávit excellentíssime charitátis. Tu.


1520:11r; 1531:160v.

3. Resp.
III.

601997.  Espé-xit * He-lý- as ad ca-put su- um subci-
ne-rí-ci-um pa- nem : qui sur-gens comé- dit et
bi- bit. †Et ambu-lá- vit in for-ti- tú-di-ne ci- bi
il-lí- us us- que. ‡Ad mon- tem De- i.

601997a.  Si quis mandu-cá- ve-rit ex hoc pa-ne


In festo Corporis Christi.



vi-vet in e- tέρ- num. †Et ambu-lá- vit.



∇. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et



Spi-rí-tu- i Sancto. ‡Ad mon- tem.


☩ *In ij. nocturno.*

1520:11v; 1531:160v.

4. Ant.
IV.i.



Emor sit * Dómi-nus sacri-fí-ci- i nostri : et ho-




lo-cáustum nostrum pingue fi- at. *Ps. Exáudiat. (xix.)* [36].

203078.

1520:11v; 1531:160v.


5. Ant.
V.i.



A-rá- tur * no- bis mensa Dó- mi-ni advérsus

203765.

In festo Corporis Christi.




om-nes qui trí-bu- lant nos. *Ps. Dóminus regit. (xxij.)*
[93].


1520:11v; 1531:160v.

205203.

6. Ant.
VI.



N vo-ce * ex-ul-ta-ti-ó-nis ré-sonent e-pu-



lán-tes in men-sa Dómi-ni. *Ps. Quemádmmodum. (xlj.)* [204].

℣. Cibávit eos ex ádipe fruménti.

℞. Et de petra melle saturávit eos.

Lectio quarta.

UNde ut ártius hujus charitátis imménsitas córdibus infigerétur fidélium, in última cena quando pascha cum discíplis suis celebráto, transitúrus erat de hoc mundo ad Patrem : hoc sacraméntum instítuit, tanquam passiónis sue memoriále perénne, figurárum véterum impletívum, miraculórum ab ipso factórum máximum, et de sua contristátis abséntia solátium singuláre. Convénit

ítaque devotióni fidélium solénniter recólere institutióem tam salutíferi tamque mirábilis sacraménti : ut ineffáblem modum divíne preséntie in sacraménto visíbili venerémur : et laudétur Dei poténtia que in sacraménto eódem tot mirabilia operátur : necnon et de tam salúbris tamque suávis sacraménti institutióem Deo referántur débite gratiárum actiões.

1520:12r; 1531:160v.

4. Resp.
IV.

Anis * quem e- go da-bo ca- ro me- a est
 pro mun-di vi-ta : li-ti-gá- bant er- go Ju-dé- i
 di- cén- tes. †Quómo- do po- test hic no- bis da- re
 carnem su- am ad man- du- cán- dum. ✠. Lo- cú- tus est
 pópu- lus con- tra Dómi- num : á- ni- ma no- stra náuse- at su- per
 ci- bo isto le- ví- si- mo. †Quómo- do.

601738.
601738a.

Lectio v.

Quoniam et si in die cene Domini quando sacramentum predictum noscitur institutum, inter missarum solennia de institutione ipsius specialis mentio habeatur : totum tamen

residuum ejusdem diei officium, ad Christi passionem pertinet, circa cujus venerationem ecclesia illo tempore occupatur. Unde ut integre celebratis officio institutionem tanti

sacraménti solénniter recóleret plebs
fidélis : Románus pón-tifex Urbánus
quartus, hujus sacraménti devotióne
afféctus, pie státuit prefáte insti-
tutiónis memóriam próxima féria
quinta post octávas penthecóstes, a
cunctis fidélibus celebrári, ut qui per
totum anni círculum hoc sacraménto
útimur ad salútem, ejus institutió-
nem illo speciáliter témpore recolá-
mus quo

Spíritus Sanctus discipulórum corda
edócuit, ad plene cognoscénda hujus
mystéria sacraménti. Nam et in eó-
dem témpore : cepit hoc sacra-
mémentum a fidélibus frequentári.
Légitur enim in Actibus Apostolórum
quod erant perseverántes in doctrína
apostolórum, et communicatióne
fractiόνis panis et oratió-nibus : statim
post Spiritussáncti missiónem. Tu.

1520:12r; 1531:160v.

5. Resp.

V.

600338.



E-nánti-bus * il-lis accé- pit Je-sus pa-nem et be-


ne-dí-xit ac fre-git de-dít- que discí-pu-lis su- is et

a- it. †Accí-pi- te et comé- di-te, hoc est cor-

600338a.

pus me- um. ✠. Di-xé-runt vi-ri ta-ber-

ná-cu-li me- i, quis det de cá-rni-bus e-jus ut sa-tu-rémur.



†Accí-pi- te.

Lectio vj.

UT autem predicta quinta fēria et per octāvas sequētes ejūdem salutāris institutiōnis honorificēntius agātur memōria et solēnnitas de hoc célēbrior habeātur : loco distribu-tiōnum materiālium qui in ecclēsiis cathedrālibus largiūntur, existēntibus canōnicis horis noctūrnis paritērque diūrnis, prefātus Romānus pōntifex eis qui hujūsmodi horis in hac solennitate personāliter in ecclēsiis interēssent, stipēndia spirituālia apos-tōlica largitiōne concēssit quātenus per hoc fidēles ad tanti festi celebritātem avidius et copiōsius con-venirent. Unde omnibus vere penitēntibus et confēssis, qui matutināli

[161r.]


officio hujus festi presentīaliter in ecclēsia ubi celebrētur interēssent : centum dies. Qui vero misse, tōti-dem. Illis autem qui interēssent primis istius festi vēsperis : simīliter centum. Qui vero secūndis : tōtidem. Eis quoque qui prime, tērtie, sexte, none, et completōrii adēssent officiis : pro quālibet ipsārum horārum, quadragīnta. Illis vero qui per ipsius festi octāvas in matutinālibus, vespertīnis, misse, ac predictārum horārum officiis presēntes extiterint : singulis diēbus ipsārum octavārum centum diērum indulgēntiam misericōrditer trībuit, perpētuis tempōribus duratūram. Tu autem.

1520:12v; 1531:161r.

6. Resp.
VI.



C- cé- pit * Je- sus cá- li- cem postquam ce-



ná- vit di- cens, Hic ca- lix no- vum te- stamēn-


600019.

In festo Corporis Christi.

tum est in me- o sán- gui-ne. †Hoc fá-ci-
te in me- am comme-mo-ra- ti- ó- nem.
600019a. *Ÿ.* Memó-ri- a me-mor e-ro et ta-béscet in me á-
ni-ma me- a. †Hoc. *Ÿ.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :
et Spi-rí-tu- i Sanc- to. †Hoc.

¶ *In iij. nocturno.*

1520:12v; 1531:161r.


202264. 7. Ant. VII.i.
 Ntro-í-bo * ad al-tá-re De- i : sumam Christum
qui réno-vat ju-ventú-tum me-am. *Ps.* Júdica me Deus et dis-
cérne. (*xlij.*) [205].

1520:12v; 1531:161r.


8. Ant.
VIII.i.



I- bá-vit * nos Dómi-nus ex á- di-pe fru-mén-



ti : et de petra mel- le sa- tu-rá- vit nos.



Ps. Exultáte Deo. (*lxxx.*) [265].

1520:13r; 1531:161r.⁸


9. Ant.
VI.



X al-tá-ri * tu- o Dó-mi-ne Chris- tum sú-



mi-mus : in quem cor et ca-ro nostra ex- últant.



Ps. Quam dilécta. (*lxxxiiij.*) [267].

℣. Edúcas panem de terra.

℞. Et vinum letíficet cor hóminis.

Evangelium. Secundum Johannem vj. (56.)

IN illo témpore : Dixit Jesus
discípulis suis et turbis Judeórum,
Caro mea vere est cibus : et sánguis

meus vere est potus. Et réliqua.


*Sermo ex commentario
beati Augustini episcopi.*

(*Super Johan. Tract. 26. b.*)⁹

Cum vero cibo¹⁰ et potu id
 áppetant hómines ut non
 esúriant neque sítiat : hoc veráeiter
 non prestat, nisi ipse cibus et potus
 qui eos a quibus súmitur immortáles
 facit et incorruptíbiles, id est societas
 ipsa¹¹ sanctórum ubi pax erit vera, et
 únitas plena atque perfécta. Proptérea


quippe sicut étiam ante nos hoc
 intellexérunt hómines Dei : Dóminus
 noster Jesus Christus corpus et
 sánguinem suum in eis rebus
 commendávit, que ad unum áliquid
 redigúntur. Ex multis namque granis
 unus panis conficitur : et ex multis
 racémis vinum cónfluit.

1520:13r; 1531:161r.


601948. 7. Resp. VII. 

Uⁱ * man-dú- cat me- am car-nem et bi- bit me-


um sán-gui-nem. †In me ma-net et e-go in

601948a. 

il- lo. ✠. Non est á- li- a ná- ti- o



tam gran-dis que há-be-at de-os appro-pinquántes si-bi,



si-cut De- us noster a-dest no-bis. †In me.

Lectio octava.

Denique jam expónit quómodo
 id fiat quod lóquitur : et quid
 sit manducáre corpus ejus et sán-
 guinem bíbere : Qui mandúcat meam
 carnem et bibit meum sánguinem : in
 me manet et ego in eo. Hoc est
 manducáre illam escam et illum
 bíbere potum : in Christo manére et
 illum manéntem in se habére. Ac per
 hoc qui non manet in Christo et in
 quo non manet Christus : procul-


dúbio non mandúcat spirituáliter ejus
 carnem, licet carnáliter et visibíliter
 premat déntibus sacraménta córporis
 et sánguine Christi, sed magis tante
 rei sacraméntum ad júdicium sibi
 mandúcat et bibit, qui immúndus
 presúmit ad Christi accédere sacra-
 ménta. Quia álii digne non sumunt :
 nisi qui mundi sunt. De quibus
 dicitur, Beáti mundo corde : quóniam
 ipsi Deum vidébunt.

1520:13r; 1531:161r.

8. Resp.
 VIII.




I- sit * me Pa-ter vi-vens, et e-go vi-vo




601442.

propter Pa- trem. †Et qui mandú- cat me, vi-



601442a.

vit propter me. ✠. Ci-bá-vit e- os Dómi-nus pa-ne



vi-te et in-tel-léctus. †Et qui.

Lectio nona.

Sicut misit me (inquit) vivens
 Pater : et ego vivo propter


Patrem. Et qui mandúcat me : et
 ipso vivet propter me. Non enim

Filius participatione Patris fit melior qui est natus coequalis : sicut participatione Filii per unitatem corporis et sanguinis ejus, quam illa manducatio potatioque significat nos effimur meliores. Vivimus ergo propter Christum nos manducantes eum : id est ipsum accipientes, vitam eternam quam non habemus ex nobis, accipimus. Vivit autem ipse propter Patrem missus ab eo : quia semetipsum exinanivit, factus obediens

usque ad lignum crucis. Sicut misit me vivens Pater : et ego vivo propter Patrem. Et qui manducat me : et ipse vivet propter me. Ac si diceret, Ut ego vivam propter Patrem, id est ut ad illum tanquam ad majorem referam vitam meam : exinanitio mea fecit in qua me misit. Ut autem quisque vivat propter me : participatio facit, quia¹² manducat me. Tu autem.

1520:13v; 1531:161v.¹³

9. Resp. I.

602384.  - nus pa-nis * et u- num corpus mul- ti


[161v.]

su- mus. †Omnes qui de u-no pa- ne. ‡Et de uno
 cá- li-ce par- ti- ci-pá- mus.


602384a.

∅. Pa-rásti in dulcé-di- ne tu- a páupe-ri De- us,


In festo Corporis Christi.



qui ha-bi-tá-re fa-cis u-ná-ni- mes in domo. †Omnes.



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i



Sancto. ‡Et de.

Ante laudes.

℣. Panem de celo prestitisti eis.

℞. Omne delectaméntum in se habéntem.

¶ *In laudibus.*

1520:13v; 1531:161v.

1. Ant.
Ii.




204549.

A-pi- énti- a * e-di-fi-cá-vit si-bi domum :




mís-cu- it vi-num et pó-su- it mensam al-le- lú- ya.




Ps. Dóminus regnávít. (xcij.) [45].


1520:14r; 1531:161v.

200280. 2. Ant. II.i.  N-ge-ló-rum * esca nutri-vís-ti pópu-lum tu-um :
et pa-nem de ce-lo presti-tís-ti il-lis. *Ps. Jubiláte. (xcix.)*
[46].

1520:14r; 1531:161v.

203845. 3. Ant. III.i.  Inguis * est pa-nis Chris-ti pre-bens de-lí-ci-as ré-
gi-bus al-le-lú-ya, al-le-lú-ya, al-le-lú-ya. *Ps. Deus Deus meus.*
(lxiij.) [47].

1520:14r; 1531:161v.

204341. 4. Ant. IV.i.  A- cerdó-tes * sanc-ti incénsum et pa- nes
óf-fe-runt De- o al- le-lú- ya. *Ps. Benedícite. (Daniel. iij.)* [48].

1520:14r; 1531:161v.

5. Ant.
V.ii.



Incénti * da-bo manna abscóndi-tum et nomen



no-vum al-le-lú-ya. *Ps.* Laudáte. (*cxlviiij-cl.*) [49].

Capitulum. Dóminus Jesus in qua. 1625.

HS:65r; 1520:14r; 1531:161v.


Hymn.
VIII.



Erbum su-pérnum pró-di- ens, * Nec Pa- tris linquens



déx-te-ram : Ad opus su-um é-xi- ens, Ve-nit ad vi-te vés-



pe-ram. 2. In mor- tem a dis- cí-pu-lo, Su- is tra-déndus é-



mu-lis : Pri- us in vi-te fér-cu-lo, Se trá-di-dit dis-cí-pu-lis.



3. Qui-bus sub bi-na spé-ci-e, Carnem de-dit et sán-gui-

205202.

8409.

In festo Corporis Christi.

nem : Ut dúpli-cis substán-ti-e, To-tum ci-bá-ret hó-mi-
nem. 4. Se nas-cens de-dit só-ci-um, Convés-cens in e-
dú-li-um : Si mó-ri-ens in pré-ci-um, Se regnans dat in
pré-mi-um. 5. O sa-lu-tá-ris hós-ti-a, Que ce-li pandis
ós-ti-um : Bel-la premunt hostí-li-a, Da ro-bur fer aux-í-
li-um. 6. Uni tri-nóque Dó-mi-no, Sit sempi-térna gló-
ri-a : Qui vi-tam si-ne térmi-no, No-bis donet in pá-tri-a.


Amen.

℣. Pósuit fines tuos pacem.


℟. Et ádipe fruménti sátiat te.

1520:14v; 1531:161v.


Ant.
Ii.




2594.



- go sum pa-nis vi-vus * qui de ce-lo de-scé-ndi :



si quis mancu-cá-ve-rit ex hoc pa-ne vi-vet in e-térnum



al-le- lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio. Deus qui nobis. 1629.

¶ *Ad j.*

Ant. Sapiéntia. *j. de laudibus.* 1647.

Ps. Deus in nómine. (*liij.*) [95].

Ant. O beáta et benedícta. *ut supra ad laudes in festo Sancte Trinitatis.* 1609.

Ps. Quicúnque vult. [100].

℞. Jesu Christe. *cum Allelúya.* [105].

℣. Qui de vírgine. [106].

¶ *Ad iij.*


Ant. Angelórum. *ij. de laudibus.* 1648.


Ps. Legem pone. (*cxviiij. 33.*) [132].


Capitulum. Dóminus Jesus in qua nocte. 1625.

1520:14v; 1531:161v.

601732. Resp. VI. 
 Anem ce-li de-dit e-is. †Alle-lú-ya al-le-lú-ya.

601732a. 
℣. Pa-nem ange-ló-rum mancu-cá-vit homo. †Alle-lú-ya.


℣. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i Sancto.



Pa-nem ce-li.

℣. Cibávit eos ex ádipe fruménti.

[℞. Et de petra melle saturávit eos.]¹⁴


Oratio ut supra. 1629.

¶ *Ad vj.*



Ant. Pinguis est panis. *ijj. de laudibus.* 1648.

Ps. Defécit. (*cxviij. 81.*) [141].


Capitulum. 1. *Cor. xj. (26.)*

 Uotienscúnque manducábitis		mortem Dómini annunciábitis donec
panem hunc et cálicem bibétis :		véniat.

1520:14v; 1531:161v.

600358. Resp. VI. 
 I-bá-vit e-os ex á-di-pe fruménti. †Alle-lú-ya

In festo Corporis Christi.




600358a.

al-le-lú-ya. ⁊. Et de petra mel-le sa-tu-rá-vit e-os.



†Alle-lú-ya. ⁊. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i



Sancto. Ci-bá-vit.

⁊. Edúcas panem de terra.

⁊. Et vinum. 1643.

¶ *Ad ix.*


Ant. Vincénti dabo. *v. de laudibus.* 1648.

Ps. Mirabilia. (*cxviij.* 129.) [150].

Capitulum. 1. *Cor. xj.* (27.)

Q	Uicúnque manducáverit panem	digne : reus erit corpóris et sánguinis
	et ¹⁵ bíberit cálicem Dómini in-	Dómini.


1520:14v; 1531:161v.



600729.




- dú-cas pa-nem de terra. †Alle-lú-ya al-le-lú-ya.




⁊. Et vi-num le-tí-fi-cet cor hómi-nis. †Alle-lú-ya.

In festo Corporis Christi.

600729a.



∞. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.



Edú-cas.

∞. Pósuit fines tuos pacem.

℞. Et ádipe fruménti sátiat te.

Oratio ut supra. 1629.

¶ *Ad ij. vesp̄as.*

Ant. Sapiéntia. 1647.

Psalmi feriales : nisi ubi fiunt octave cum regimine chori : tunc enim dicuntur psalmi sicut ad primas vesp̄as cum predicta antiphona Sapiéntia. ut inferius patet : ubi fiet cum regimine chori infra octavas.

Capitulum. Dóminus Jesus in qua. 1625.

℞. Respéxit. 1636.

Hymnus. Verbum supérnum.¹⁶ 1649.

Ubi fiant cum regimine chori, hymnus. Sacris solénniis. 1626.

∞. Pósuit fines tuos pacem. 1650.

Ubi fiant cum regimine chori, ∞. Panem de celo. 1628.

1520:15r; 1531:161v.¹⁷

203576.

Ant.
V.i.



sacrum conví-vi- um * in quo Christus súmi-tur :



re-có-li-tur memó-ri- a passi- ó-nis e-jus, mens implé-tur

In festo Corporis Christi.

grá-ti-a, et fu-tú-re gló-ri-e no-bis pignus da-tur.

Ps. Magnificat. 62*.

Oratio. Deus qui nobis. 1629.

Si vero festum sancti Aldelmi in hoc festo contigerit : differatur in sabbatum subsequens et tunc fiet commemoratio beate Marie in iij. feria precedente.

Si vero festum sancti Barnabe apostoli in festo Corporis Christi e venerit differatur in crastinum et ad ij. vespervas que erunt de Corpore Christi : fiat memoria sub silentio de sancto Barnaba : et tunc ad matutinas de sancto Barnaba : fiant tres medie lectiones de martyribus cum memoria de eisdem sanctis.

Per totas octavas fiat servitium de Corpore Christi sine regimine chori nisi aliquod festum intercurrat et nisi in dominica quando hystoria Deus ómniū. incipiatur vel commemoratio beate Marie facienda fuerit.

In sabbato fiat plenum servitium de sancta Maria nisi aliquod festum ix. lectionum impediatur : vel festum sanctorum Johannis et Pauli, et nisi ubi fiunt octave cum regimine chori. Et si aliquod festum [sanctorum]¹⁸ intercurrat idem modus servetur¹⁹ per omnia hic sicut infra octavas sancte Trinitatis : ita quod primo fiat memoria de Corpore Christi : deinde de Trinitate.

Quodcunque festum ix. lectionum hac die contigerit : scilicet in festo Corporis Christi differatur usque in crastinum vel ulterius si necesse fuerit ut scilicet quando in crastinum hujus diei sequatur aliquod festum ix. lectionum. [162r.]

Si hoc festum Corporis Christi in die nativitatis sancti Johannis baptiste forte contigerit, festum sancti Johannis differatur in crastinum : et ad ij. vespervas que erunt de Corpore Christi : fiat solennis memoria de sancto Johanne. Deinde eat processio ad altare sancti Johannis si habeatur : cantando responsorium Inter natos. {575}. et cetera sicut in festo ejusdem expleantur, et tunc ad ij. vespervas de sancto Johanne fiat memoria de festo sanctorum Johannis et Pauli, et tunc nichil fiat de Corpore Christi per octavas preter memoriam et medias²⁰ lectiones in dominica de Corpore Christi usque ad octavam diem, et tunc fiat totum servitium de Corpore Christi : et solennis memoria et medie lectiones

de octavis sancti Johannis baptiste cum missa in capitulo, et ad j. vespervas que erunt de [octavis]²¹ Corpore Christi : fiat solennis memoria de apostolis : videlicet in die commemorationis sancti Pauli : cum antiphona, V̇. et oratione sicut ad ij. vespervas ejusdem et postea fiat solennis memoria de octavis sancti Johannis baptiste.

Si vero festum sancti Albani martyris in festo Corporis Christi evenerit differatur festum sancti Albani in crastinum, et ad ij. vespervas que erunt de Corpore Christi : fiat sub silentio memoria de sancto Albano et de sancta Etheldreda virgine : et tunc ad matutinas de sancto Albano fiant medie lectiones de sancta Etheldreda virgine. Missa vero de sancto Albano post tertiam dicatur, et missa de vigilia post vj. utraque ad principale altare et tunc non dicitur memoria de sancta Etheldreda ad missam de sancto Albano : et tunc ad j. vespervas de sancto Johanne fiat solennis memoria de sancto Albano et de Corpore Christi si fiant octave cum regimine chori : licet festum loci fuerit festum sancti Johannis baptiste. Tamen ubi non fit processio de sancto Johanne : tunc fiat privatim memoria tantum de sancto Albano : nisi octave Corporis Christi fiant cum regimine chori.

Cum vero in vigilia nativitatis sancti Johannis baptiste hoc predictum festum Corporis Christi forte contigerit : ibidem celebretur et tunc nichil fiat de sancta Etheldreda. Missa vero de Corpore Christi dicitur post tertiam. Et post missam de festo dicitur missa de vigilia scilicet post vj. in choro ad autenticum altare, cum nota et cum memoria de sancta Etheldreda si placuerit ad eandem missam. Vespere tamen de Corpore Christi fiant : et solennis memoria de sancto Johanne baptista, et processio ad altare ejusdem si habeatur fiat cum Ṙ. Inter natos. {575}. cum V̇. Glória et honóre coronásti. et oratione Sancti Johánis baptiste.

Si festum sancti Johannis baptiste in solennitate Corporis Christi contigerit : festum sancti Johannis differatur in crastinum, licet festum loci fuerit : et tunc ad j. vespervas que erunt de sancto Johanne : fiat solennis memoria de festo Corporis Christi tantum. Et tunc in octavis Corporis Christi fiat solennis memoria de octavis sancti Johannis baptiste ad primas vespervas, et ad matutinas, et medie lectiones cum missa in capitulo de sancto Johanne baptista.

¶ *Quotidie per octavas
quando agitur de Corpore Christi.*

Ad matutinas.

Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut in prima die : versiculi et responsoria secundum ordinem nocturnorum cum tribus lectionibus dicuntur [et cum ps. Te Deum].²² [41].

¶ *Feria sexta.*

Lectio prima. De Conse. dis. 2. Revera.²³

Hujus sacraménti figúra precéssit quando manna pluit Deus pátribus in desérto : qui quotidiano celi pascebántur aliménto. Unde dictum est, Panem angelórum manducávit homo. Sed tamen illum panem qui manducáverunt : omnes in desérto mórtui sunt. Ista autem escam quam accípitis, iste panis vivus qui de celo descéndit : vite etérne substantiám minístrat. Et quicúnque hunc panem manducáverit, non moriétur in etérnum, quia Corpus Christi est. Consideráte utrum nunc prestántior sit panis angelórum an caro Christi : que útique est corpus vite. Manna illud de celo : hoc super celum. Illud celi : hoc Dóminus celórum. Illud corruptióni obnoxium

si in diem álium observarétur : hoc aliénium ab omni corruptiónem sentire non póterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis ex Christo. Illos ad horam satiávit aqua : te sanguis diluit in etérnum. Judéus bibit et sitit : tu autem cum bíberis [162v.] sitire non póteris. Et illud in umbra : hoc in veritáte. Si illud quod miráris umbra est : quantum est istud cujus umbram miráris ? Audi quia umbra est : que apud patres facta est. Bibébant autem inquit de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Sed non in plúribus eórum complácitum est Deo. Nam prostráti sunt in desérto. Tu autem.

Lectio secunda. De Consecratione, ut supra.

Hec autem facta sunt in figura nostri. Cognovisti potióra. Pótior enim est lux quam umbra, veritas quam figura : corpus auctóris quam manna de celo. Forte dicis áliud vídeo. Quómo do tu michi ásseris quod Corpus Christi accípiam ? Et hoc nobis súperest ut probémus. Quantis ígitur útimur exémplis ut probémus hoc non esse quod natúra formávit, sed quod benedictio consecrávit ? Majorémque vim esse benedictiónis quam natúre : quia natúra étiam ipsa benedictióne mutátur. Unde virgam tenébat Moyses, projéctit eam et facta est serpens. Rursus apprehéndit caudam serpéntis : et in

virge natúram revértitur. Vides ergo prophética grátia bis natúram mutátam esse : et serpéntis et virge. Currébant Egýpti flúmina puro meátu aquárum, súbito de fóntium venis sanguis cepit erúmpere : et non erat potus in flúviis. Rursus ad prophéte preces, cruor flúminum cessávit : et aquárum natúra remeávit. Circumclúsus úndique erat pópulus Hebreórum : hinc Egýptiis vallátus, hinc mari conclúsus. Virgam levávit Móyses, separávit se aqua, et in murórum spéciem se congelávit : atque inter undas via pedéstris appáruit. Tu autem.

Lectio tertia. Ibidem.

Jordánis retrórsus convérsus : contra natúram, in sui fontis revértitur exórdium. Nonne claret natúram vel maritimórum flúctuum vel cursus fluviális esse mutátam ? Sitiébat pópulus potum : tétigit Móyses petram et aqua de petra fluxit. Nunquid non preter natúram operáta est grátia : ut aquam evómeret petra quam non habébat natúra ? Marath flúvius amaríssimus erat ut sítiens pópulus bíbere non posset. Misit Móyses lignum in aquam : et amaritúdinem suam aquárum natúra

depósuit, quam infúsa súbito grátia temperávit. Sub Helýseo prophéta uni ex filiis prophetárum excússum est ferrum de secúri : et statim immérsus est. Rogávit Helýseum qui amiserat ferrum. Misit Helýseus étiam lignum in aquam : et ferrum natávit. Utique étiam hoc preter natúram factum cognóvimus. Grávior est enim ferri spécies : quam aquárum liquor. Advértimus ergo majórem esse grátiam quam natúram : et adhuc tamen prophétice benedictiónis grátiam admirámur. Quod si tantum

váluit humana benedictio ut naturam
converteret : quid dicemus de ipsa
consecratione divina : ubi ipsa verba
Dómini ac Salvatoris operantur ?
Nam sacramentum istud quod ac-
cepimus : sermone Christi conficitur.

Quod si tantum váluit sermo Helýe ut
ignem de celo depóneret : nonne
valébit Christi sermo ut spécies mutet
elementórum ? Tu autem Dómine
miserere nostri.

Ante laudes versus. Panem de celo prestitisti eis. 1647.

*Iste versiculus precedens dicitur quotidie ante laudes per octavas quando de octavis fit
servitium : sive octaves fiant cum regimine chori sive non.*

¶ *In laudibus quotidie per octavas dicatur hec sola antiphona Sapiéntia.* 1647.

Ps. Dóminus regnavit. (xcij.) [45]. [Éc.]

Capitulum, hymnus et versiculus sicut in prima die.

*Super psalmos Benedictus. et Magnificat. dicantur antiphone suo ordine que ad
primas vespas dicebantur super psalmos cum repetitione earundem si necesse fuerit.*

¶ *Cum vero fit servitium de aliquo sancto [vel de beate Marie]²⁴ vel de dominica infra
octavas tunc ad memoriam de Corpore Christi dicantur antiphone de nocturnis suo
ordine : quibus dictis si necesse fuerit dicantur antiphone de laudibus suo ordine cum hoc
versiculo Pósuit fines tuos pacem. tam ad vespas quam ad matutinas.*

Oratio. Deus qui nobis. 1629.

*Ad horas omnia fiant sicut in die more simplicis festi sine regimine chori. Ita tamen
quod in feriis infra octavas post dominicam, ad primam super psalmum Quicúnque.
dicatur antiphona Glória tibi Trínitas. [100].*

¶ *Ad vespas ant.* Sapiéntia. 1647.

*Psalmi feriales dicantur per octavas nisi octave fiant cum regimine chori : quando de [163r.]
octavis fit servitium.*

Capitulum. Dóminus Jesus [in] qua [nocte] tradebátur. 1625.

Hymnus. Verbum supérnum. 1649.

Ÿ. Pósuit fines tuos pacem. *Et cetera ut supra.* 1650.

*Completorium dicatur sicut in feriis precedentibus infra octavas Sancte Trinitatis. Ita
tamen quod in fine hymni Te lucis. Éc. dicatur Ÿ. Glória tibi Dómine, Qui natus es*

de vírgine. nisi ubi fiant octave Corporis Christi cum regimine chori : tunc enim dicitur completorium sicut in die.

¶ *Sabbato infra octavas Corporis Christi.*

Lectio j. De Consecr. ubi supra.

DE totius mundi opéribus legístis, quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandávit et creáta sunt. Sermo ígitur qui pótuit ex níchilo fácere quod non erat : nonne pótuit ea que sunt in id mutáre quod non erat ? Non est minus dare²⁵ quam mutáre novas creatúras rebus. Sed quid ? Cujus arguméntis útimur, suis utámur exémpis : incarnationís quoque exémplo astruámus mystérii veritátem. Nunquid náture usus persénsit : cum Dóminus Jesus ex María nascerétur ? Si órđinem querimus : viro mixta fémina generári consu-éverat. Liquet ergo, quid preter náture órđinem Virgo generávit. Et hoc quod conficimus corpus ex Vírgine

est. Quid hic queris náture órđinem in Christi córpore, cum preter natúram sit ipse Dóminus Jesum partus ex Vírgine ? Vera útique caro Christi que crucifixa queque sepúlta est : vere ergo illíus carnis sacraméntum est. Ipse clamat Dóminus noster Jesus, Hoc est corpus meum. Ante benedictiónem verbórum celéstium ália spécies nomináitur, post consecratióem Corpus Christi significáitur. Ipse dicit sánguinem suum. Ante consecratióem áliud dicitur, post consecratióem Sanguis Christi nuncupáitur. Tu dicis, Amen. Hoc est, Verum est. Quod sermo sonat : afféctus séntiat.

*Lectio secunda. Ambros. lib. 4. de Sacr. cap. 4. Item De Consecr. dis. 2. cap. Panis.*²⁶

Panis est in altári usitátus ante verba sacramentórum : ubi accessit consecratió : panis fit caro Christi. Quómodo autem potest qui panis est esse Corpus Christi ? Consecratió ígitur quibus verbis, et cujus sermónibus est ? Utique Dómini Jesu. Nam per réliqua ómnia

que dicúntur laus Deo offértur, oratióne pétitur pro pópulo et pro régibus et céteris. Ubi autem sacraméntum conficitur : jam non suis sermónibus útitur sacérdos, sed sermónibus Christi. Ergo sermo Christi hoc cónficit sacraméntum. Quis sermo Christi ? Hic nempe quo

facta sunt ómnia : celum terra et mária. Vides ergo quam operatórius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermóne Dómini nostri Jesu Christi ut incípiat esse quod non erat : quanto magis operatórius est ut sint que erant, et in áliud convertántur ?

Et sic quod erat panis ante consecratióem : jam Corpus Christi est post consecratióem : quia sermo Christi creaturám mutat : et sic ex pane fit Corpus Christi. Et vinum cum aqua in cálice mixtum fit sanguis : consecratióem verbi celéstis.

Lectio tertia.

Sed forte dicis, Spécíem sánguinis non vídeo : sed habet similitúdinem. Sicut enim mortis similitúdinem accepísti, ita étiam similitúdinem Sánguinis Christi bibis, ut nullus horror sit cruóris : et pré-cium tamen operétur redemptiónis.

Ambros. ut supra, cap. 5.

Didicísti quia Corpus Christi áccipis : vis scire quia verbis celéstibus consecrátur ? Accipe que sunt verba. Dicit sacérdos, Fac nobis inquit hanc oblatiόem benedíctam, ascríptam, ratam, rationábilem, et cétera. Omnia ista Evangelíste sunt, usque ad Accípíte sive corpus sive sánguinem : inde sunt verba Christi. Accípíte et bíbite ex hoc omnes : hic est enim sanguis meus. Vide síngula. Qui

prídíe quam paterétur : accépit inquit in sanctis mánibus panem. Antequam consecrátur panis est : ubi autem verba Christi accessérunt, Corpus Christi est. Deínde audi dicéntem, Accípíte et édíte ex hoc omnes, hoc est corpus meum. Et ante verba Christi calix est vino et aqua plenus : ubi autem verba Christi operáta fúerint ibi sanguis effícitur, qui plebem rédemit. Vide ergo quam potens est sermo Christi, univérsa convértere. Deínde ipse Jesus testificátur quod corpus et sánguinem suum accipiámus : de cujus fide et testificatióne dubitáre non debémus. Tu autem Dómine miserére nostri.

¶ *Dominica infra octavas Corporis Christi.*

[163v.]

Lectio j. De Consecr. dis. 2. cap. Christus panis.²⁷

Christus panis est, de quo qui mandúcat : vivit in etérnum. De quo ípsemet dixit, Et panis quem ego

dabo : caro mea est pro mundi vita. Detérminat quómodo²⁸ sit panis, non solum secúndum verbum quo vivunt

omnia : sed secundum carnem assumptam pro mundi vita. Humana enim caro que erat peccato mortua, carni munde unita, incorporata, unum cum illa effecta : vivit de Spiritu ejus, sicut vivit corpus de spiritu suo. Qui vero non est de Corpore Christi : non vivit de Spiritu Christi.

Ibid. cap. Corpus. ²⁹ Corpus et Sanguinem Christi dicimus illud quod ex fructibus terre acceptum et prece mystica con-

secratum recte sumimus ad salutem spiritualem : in memoriam Domine passionis. Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur ut sit tam magnum sacramentum, nisi operante invisibiliter Spiritu sancto : cum hec omnia que per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

Lectio secunda. Ibid. cap. Hoc est. ³⁰

Hoc est sacramentum pietatis, et signum unitatis : et vinculum charitatis. Qui vult vivere accedat et credat : incorporet hunc cibum et potum, per hoc etiam intelligens societatem membrorum mystici corporis ecclesie, quod erit in fine ipsius in predestinatis.

Ibid. cap. Hoc est quod. ³¹Hoc est quod dicimus, quod omnibus modis probare contendimus : sacrificium ecclesie duobus confici, duobus constare. Visibili elementorum specie : et invisibili Domini Jesu Christi carne et sanguine, sacramento et re sacramenti, id est Corpore Christi. Sicut Christi persona constat et conficitur ex Deo et homine, cum ipse Christus verus sit Deus et verus homo : quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet ex quibus conficitur.

Conficitur autem sacramentum ecclesie duobus, sacramento et re sacramenti : id est Corpore Christi. Est igitur sacramentum et res sacramenti : id est Corpus Christi caro ejus quam forma panis operam in sacramento accipimus, et sanguinem ejus quem sub vini specie ac sapore potamus. Caro [visibilis] ³² videlicet est [sacramentum] ³³ carnis : et sanguis est sacramentum sanguinis. Carne et sanguine utroque [in]visibili ³⁴ [et intelligibili], ³⁵ spiritualem, significatur visibile corpus Domini nostri Jesu Christi et palpabile, plenum gratia omnium virtutum et divina maiestate. Sicut ergo celestis panis qui vere Christi caro est suo modo vocatur Corpus Christi : cum revera sit sacramentum Corporis Christi illius videlicet quod

visibile, quod palpabile et mortale in cruce est positum, vocaturque ipsa carnis immolatio, que sacerdotis manibus fit Christi passio, mors,

crucifixio, non rei veritate sed significanti mysterio, sic sacramentum fidei quod baptismus intelligitur fides est.

*Lectio iij. De Consecr. dis. 2. cap. Iteratur.*³⁶

Iteratur quotidie hec oblatio, licet Christus semel passus sit³⁷ in carne per unam eandemque passionem mortis sue semel salvavit mundum : ex qua morte idem resurgens ad vitam mors ei ultra non dominabitur. Quod³⁸ profecto sapientia Dei Patris : necessarium pro multis causis hoc providit. Primo quidem quia quotidie peccamus : saltem in peccatis sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Quia licet omnia peccata condonata sint in baptismo, infirmitas tamen peccati adhuc manet in carne. Unde Psalmista, Benedic anima mea Dominum : qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis qui sanat omnes infirmitates tuas. Et ideo quia quotidie labimur quotidie Christus pro nobis immolatur, et passio Christi in mysterio traditur : ut qui semel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiva delictorum per hec sacramenta corporis et sanguinis peccata relaxet. Unde oramus, Dimitte nobis debita nostra. Quia si dixerimus quia

peccatum non habemus : ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Iteratur etiam hoc sacramentum ob commemorationem passionis Christi : sicut ipse ait, Hec quotienscunque agitis : in meam commemorationem facite. Quotienscunque ergo hunc panem sumitis, et bibitis calicem : mortem Domini annunciabitis donec veniat. Non itaque sic accipiendum est, donec Christi mors veniat, quia jam ultra non morietur : sed donec ipse Dominus ad iudicium veniat. Interim autem semper mors Christi [164r.] est per seculi vitam posteris nuncianda, ut discant qua charitate dilexit suos qui pro eis mori dignatus est, cui omnes vicem debemus rependere charitatis, quia ad hoc nos prior dilexit cum essemus gehenne filii ut eum diligeremus a morte jam liberati.

³⁹ Quia morte Domini liberati sumus : hujus rei memores in edendo carnem et potendo sanguinem ejus, que pro nobis oblata sunt significamus. Tu.

(Ibid, cap.
Quia morte.)

*Lectio iiiij. De Consecr. dis. 2. Utrum sub figura.*⁴⁰

Utrum sub figura an sub veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat, Veritas ait, Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Alioquin quomodo verum erit : Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro ? Sed quia Christum fas vorari dentibus non est : voluit hunc panem et vinum in mysterio vere carnem suam et sanguinem suum consecratione Spiritus Sancti potentialiter creari : et quotidie pro mundi vita mystico immolari : ut sicut de Virgine per Spiritum Sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis et vini mystice idem Corpus Christi consecratur. Corpus Christi et veritas et figura est. Veritas : dum Corpus Christi et Sanguis in virtute Spiritus Sancti, et in virtute ipsius ex panis vini que substantia efficitur. Figura vero est : id quod exterius sentitur. Intra catholicam ecclesiam in mysterio Corporis Christi nichil a bono majus, nichil malo minus perficitur sacerdote : quia non in merito consecrantis sed in verbo efficitur Creatoris, et in virtute

Spiritus Sancti. Si enim in merito esset sacerdotis : nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat : ita ipse est qui per Spiritum Sanctum hanc suam efficit carnem, et transfert vinum in sanguinem. Unde et sacerdos, Jube hec inquit perferri per manus angeli tui sancti, in sublime altare tuum in conspectu divine majestatis tue. Ut quid deferenda illuc deposcit, nisi ut intelligatur quod ista fiant in eo sacerdotio ? Hanc igitur oblationem benedictam, per quam benedicimur : ascriptam, per quam homines in celo ascribuntur : ratam, per quam in visceribus Christi esse censeamur : rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur : acceptabilem, ut qui nobisipsis displicemus : per hanc acceptabiles ejus unico Filio simus. Nichil rationabilius, ut quia nos jam similitudinem mortis ejus in baptismo accepimus, similitudinem quoque carnis et sanguinis ejus sumamus : ita ut veritas non desit in sacramento et ridiculum nullum fiat a paganis quod cruorem occisi hominis bibamus. Tu autem.

Lectio v. Ibidem.

Redendum est etiam quod in verbis Christi sacramenta confi-

ciantur. Cujus enim potentia creantur prius, ejus utique verbo ad

mélius procreántur. Réliqua ómnia que sacerdos dicit aut clerus chori canit nichil aliud quam laudes et gratiárum actiões sunt, aut certe obsecratiões et fidélium petitiões.

*Ibid, cap.
Omnia que.*

⁴¹ Omnia quecúnque vóluit Dóminus fecit : in celo et in terra. Et quia vóluit : sic factum est. Ita licet figúra panis et vini videátur : nichil tamen áliud quam caro Christi et sanguis post consecratióem credénda sunt. Unde ipsa Véritas ad discipulos, Hec (inquit) caro mea est : pro mundi vita. Et (ut mirábilius loquar) non ália plane quam que nata est de María Vírgine et passa in cruce et resurrexit de sepúlchro. Hec inquam : ipsa est. Et ídeo Christi caro est que pro mundi vita adhuc hódie offértur : et cum digne percípitur, vita útique etérna in nobis reparátur. Panem quidem istum quem súmimus in mystério, illum útique intélligo panem qui manu Spíritus Sancti formátus est in útero vírginis : et igne passiões decóctus in ara crucis. Panis enim angelórum : factus est hóminum cibus. Unde ipso ait, Ego sum panis vivus : qui de celo descéndi. Et íterum, Panis quem ego dabo : caro mea est pro mundi vita.

*Ibid. cap.
Quotidie.*

⁴² Quotidie eucharístie communi-

ónem accípere, nec laudo nec vitúpero : ómnibus tamen Domínicis diébus comunicándum hortor. Si tamen mens in afféctu peccánda est : gravári magis dico eucharístie perceptiõe quam purificári. Et ídeo quamvis peccáto mordeátur quis : peccánda tamen de cétero non hábeat voluntátem, et comunicáturus satisfáciat láchrymis et oratióibus, et confidens de Dómini miseratiõe accédatur ad eucharístiam intrépidus et secúrus. Sed hoc de illo dico : quem

Augustinus in libro de diffinitione orthodoxe fidei, cap. 54.

[164v.]

Item si dicit quispiam non quotidie accipiéndam eucharístiam, álius quotidie accipiéndam affirmat faciát unusquisque quod secúndum fidem suam pie credit esse faciéndum. Neque enim litigavérunt inter se : aut quisquam eórum se áleri prepósuit, Zachéus et ille centúrio, cum alter eórum gaudens in domo sua suscepit Dóminum : alter eórum dixit Dómino, Dómine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Ambo Salvatórem honorificántes : quamvis non uno modo. Ambo peccátis míseri : ambo misericórdiam consécuti. Ad hoc valet : quod manna secúndum própriam voluntátem in ore cujúsqum sapiébat.

Augustinus ad inquisitionem Januarii lib. 1. cap. 3.

*Lectio sexta. De Consecr. dis. 2. Si quotiens.*⁴³ *Ambros. de sacrum, lib. 4. cap. 6.*

SI quotienscúnque effúnditur sanguis Christi in remissionem peccatorum effúnditur : debeo illum semper accipere, ut michi peccata dimittantur. Quia semper pecco : semper debeo habere medicinam.

De Consecr. dis. 2. Qui scelerate.

Qui scelerate vivunt in ecclesia et communicare non desinunt, putantes se tali communióne mundari : discant nichil ad emundationem proficere sibi dicente Propheta, Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa ? Nunquid carnes sancte auferent a te malicias tuas ? Et Apóstolus, Probet (inquit) se homo : et sic de pane illo edat : et de cálice bibat.

Ambr. lib. 5. de sacr. cap. 4. Item de Consecr. dis. 2. cap. Non iste panis.

⁴⁴ Non enim iste panis est qui in corpus vadit : sed panis vite eterne, qui anime nostre substantiam fulsit. Iste panis quotidianus est. Accipe quotidie : quod quotidie tibi prosit. Sic vive : ut quotidie merearis accipere.

De Consecr. dis. 2. Et sancta.

⁴⁵ Sancta malis possunt obesse : bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Unde Apóstolus, Qui manducat et bibit indigne : iudicium sibi manducat et bibit. Non quod illa res mala est : sed quia malus male accipit quod bonum est. Non enim mala erat bucella : que Jude data est a Domino. Salutem medicus dedit, sed

quia ille qui indignus erat accepit : ad perniciem suam accepit.

⁴⁶ Non prohibeat dispensator pingues terre in mensa Domini manducare : sed exactorem moneat timere. *Ibidem, Non prohib.*

⁴⁷ Sicut Judas cui bucellam tradidit Christus : non malum accipiendo, sed bonum male accipiendo, locum prebuit dyabolo. Sic indigne quisque sumens Corpus Christi non efficit, ut quia malus est malum sit : aut quia non ad salutem accipit nichil accipit. Corpus enim et Sanguis Domini nichilominus erat in illis : quibus dicebat Apóstolus, Qui manducat et bibit indigne : iudicium sibi manducat et bibit. *Ibidem, Sic. Jud.*

⁴⁸ Sed quomodo manducandus est Christus ? Quomodo ipse dicit, Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem digne⁴⁹ : in me manet et ego in illo. Et qui indigne accipit sacramentum : acquirit magnum tormentum. *De Consecr. dis. 2. cap. Quid est.*

⁵⁰ Quia corpus assumptum ablaturus erat Dominus ab oculis et illaturus sideribus : necessarium erat ut in die cene sacramentum [nobis corporis]⁵¹ panis et sanguinis consecraret, ut coleretur iugiter per mysterium quod semel offerebatur in precium : ut quia quotidiana et *De Consecr. dis. 2. cap. Quia corpus.*

indefessa currébat pro hóminum salute redemptio, perpétua esset redemptionis oblátio, et perpénis víctima, illa víveret in memória et semper presens esset in grátia. Vere única et perfécta hóstia, fide estimánda non spécie, neque exteriori censénda visu : sed interiori afféctu. Unde et mérito celéstis confirmat auctoritas, quia caro mea vere est cibus : et sanguis meus vere est potis. Recédát ergo omne infidelitátis ambíguum : quóniam quidem qui auctor est múnaris ipse étiam est testis veritátis. Nam invisibilis

Sacerdos visibiles creatúras in substántiam córporis sui et sánguinis, verbo suo secréta potestáte convértit : ita dicens, Accípite et comédite : hoc est corpus meum. Et sanctificatióne repétita : Accípite et bíbite, hic est sanguis meus. Ergo sicut ad méritum precipiéntis Dómini repénte ex nichilo substitérunt excélsa celórum, profúnda flúctuum, vasta terrárum : ita pari potestáte in spirituálibus sacraméntis ubi précipit virtus servit efféctus. Tu autem Dómine misere.

Tres ultime lectiones de expositione Evangelii legantur, sicut in prima die. 1643.

[165r.]

¶ *Feria secunda.*

Lectio prima. Ibidem.

Quanta itaque et quam celebránda beneficia, vis divíne benedictiónis operétur, et quómodo tibi novum et impossíbile esse non débeat, quod in Christi substántiam terréna et mortália convertúntur : teípsum qui in Christo es regenerátus intérroga. Dudum aliénus a vita, peregrínus a misericórdia, et a salutis via intrínsecus mórtuus exulábas, súbito initiátus Christi légibus, et salutáribus mystériis innovátus, in corpus ecclésie, non vidéndo, sed

credéndo, transilisti, et de filio perditionis, adoptívus Dei filius fieri occúlta puritáte meruísti : in mensúra visíbili pérmanens, major factus es teípso invisíbiliter, sine quantitátis augménto. Cum idem atque ipse esses, multo alter fidei processibus extitísti, in exteriori nichil ádditum est, et in interiori totum mutátum est : ac sic⁵² homo Christi filius efféctus es, et Christus hóminis in mente formátus est. Sicut ergo sine corporáli sensu, vilitáte pretérita

depósita, súbito novam indútus es dignitátem, et sicut hoc quod Deus in te lesa curávit, infécta diluit, maculáta detérsit, non óculis, sed sénsibus tuis sunt crédita : sic et cum ad reveréndum [ad]⁵³ altáre cibis spiritu-

álibus satiándus ascéndis, sacrum Dei tui corpus et sánguinem fide réspice, honóra, miráre, mente contíngere, cordis manu súscipe, et máxime mente totum haustum interiórís hóminis assúme.

*Lectio secunda. De Consecr. dis. 2. In Christo semel.*⁵⁴

IN Christo semel obláta est hóstia ad salutem etérnam potens. Quid ergo nos ? Nonne per síngulos dies offerimus ? Sed ad recordatióem mortis ejus : et una est hóstia non multe. Quómodo una et non multe ? Quia semel oblátus est Christus. Hoc autem sacrificium exéplum est illíus : idípsum et semper idípsum. Proínde hoc idem est sacrificium unum solum. Alióquin dicétur quóniam in multis locis offerretur : multi sunt Christi.

Nequáquam sed unus ubique Christus : et hic plenus existens, et illic plenus. Sicut enim quod ubique offerretur unum est corpus, et non multa cörpera : ita et unum sacrificium. Póntifex autem est ille qui hóstiam obtulit nos mundántem. Ipsam étiam offerimus nunc : que tunc obláta consúmi non potest. Quod nos fácimus : in commemoratióem ejus fit quod factum est. Hoc enim fácte ait : in meam commemoratióem.

*Lectio tertia. De Consecratione. distinctio 2. cap. j.*⁵⁵

IN sacramentórum oblatiönibus que inter missárum solénia Dómino offerúntur : panis tantum et vinum aqua permíxtum, in sacrificium offerántur. Non enim debet in cálice Dómini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrúmque permíxtum : quia utrúmque ex látere ejus in passióe sua profluxisse légitur.

vino vero osténdi sánguinem Christi. Ergo cum in cálice vino aqua miscétur, Christo pópulus adunátur : et credéntium plebs ei in quem credit copulátur et júngitur. Que copulatio et conjunctio aque et vini, sic miscétur in cálice Dómini : ut míxtio illa non possit separári. Nam si vinum tantum quis offerat : sanguis Christi íncipit esse sine nobis. Si vero aqua sit sola : plebs íncipit esse sine Christo. Ergo quando botrus solus

*De Consecr.
dis. 2. Cum
omnis.*

⁵⁶ Calix étiam Domínicus, vino et aqua permíxtus debet offerri : quia vidémus in aqua pópulum intélligi, in

offertur in quo vini efficiéntia tantum designátur : salutis nostre sacra-

méntum negligitur, quod aqua significátur. Tu autem.

¶ *Feria tertia.*

Lectio prima. Ambros. lib. 5. de sacramentis, cap. j.

Hujus sacraménti ritum Melchisedech osténdit : ubi panem et vinum Abrahe obtulit. Sed tu mihi ⁵⁷ dicis, Quómodo ergo Melchisedech vinum tantum et panem obtulit ? Quid ígitur vult admíxtio aque ? Ratiónem áccipe. Primo ómnium figúra fuit : que ante precéssit témpore Móysi. Quia cum sitíret pópulus Judeórum et murmuráret quod aquam inveníre non posset : jussit Dóminus Móysi ut tangeret petram cum virga.

⁵⁸ Tétigit petram cum virga, et undam máximam fudit sicut dicit

Apostolus, Bibébant autem de spirituáli consequénte eos petra. Petra autem erat Christus. ⁵⁹ Non immóbilis petra que pópulum sequebátur. Et tu bibe ut Christus te sequátur. Vide mystérium. Móyses hoc est prophéta : virga hoc est verbum Dei. Sacérdos verbo Dei tangit petram et fluit aqua : et bibit pópulus Dei. Tangit ergo sacérdos cálicem, redúndat aqua in cálice et salit in vitam etérnam, et bibit pópulus Dei : qui Dei grátiam consécutus est. Tu autem. [165v.]

*De Consecr.
dis. 2. In
calicem.*

Lectio secunda. Ibidem, Ambros.

Didicísti ergo hoc : áccipe et aliud. In témpore Domínice passiónis cum sabbátum magnum instáret, quia diu in cruce vivébant Dóminus noster Jesus Christus et latrónes : missi sunt qui percúterent eos. Qui veniéntes invenérunt defúnctum Dóminus nostrum Jesum Christum. Tunc unus de militibus láncea tétigit latus : et de látere ejus aqua fluxit et sanguis. Aqua autem ut

mundáret : sanguis ut redímeret. Quare de látere ? Quia unde culpa, inde grátia. Culpa per féminam que de látere facta est : grátia per Dóminus nostrum Jesum Christum.

⁶⁰ Sic vero calix Dómini non est aqua sola et vinum solum, nisi utrúmque misceátur : quómodo nec corpus Dómini potest esse sola fárina [aut aqua sola]⁶¹ nisi utrúmque fúerit adjúntum et copulátum, et panis

*De Consecr.
dis. 2. Cum
omnis. Item
cap. 2.*

unius compáge solidátum.

⁶² In sacraménto córporis et sánguinis Dómini nichil ámplius offerátur quam quod ipse Dóminus trádedit, hoc est panis et vinum aqua mixtum : nec ámplius offerátur in

sacrificiis, quam de uvis, aqua,⁶³ et fruménto.

Hec tria unum sunt in Christo Jesu. *Ibidem, cap. iv.*
Hec hóstia et oblátio Dei in odórem suavitatís.

*Lectio tertia. Ibidem. In Christo.*⁶⁴ *Hilar. lib. 8. de Trinitate, post principium.*

IN Christo Pater et Christus in nobis : unum in his nos esse faciunt. Si vere carnem⁶⁵ córporis nostri, Christus assúpsit et vere homo ille Christus est, nos quoque vere sub mystério carnem córporis sui súmimus, et per hoc unum érimus : quia Pater in eo est, et ille in nobis. Quómodo enim voluntátis únitas asséritur, cum naturális per sacraméntum proprietas perféctum sacraméntum sit unitátis ? Non est humano aut seculari sensu de his rebus loquéndum : neque per violéntam

atque imprudéntem predicatióem dictórum celéstium sanitáti aliéne atque ímpie intelligéntie pervérsitas extorquénda. De naturáli enim in nobis Christi veritaté vel unitáte que dícimus, nisi que dícimus ab eo didicérimus : stulte atque ímpio dicerémus. Ipse enim ait, Caro mea vere est esca : et sanguis meus vere est potus. Qui edit meam carnem et bibit meum sánguinem : in me manet et ego in eo. Tu autem Dómine miserére.

¶ *Feria quarta.*

Lectio prima. Ibidem.

DE veritaté carnis et sánguinis non est relictus ambigéndi locus. Nunc enim et ipsíus Dómini professióne, et fide nostra, vere est caro et vere sánguis : et hec accépta atque hausta efficiunt, ut nos in Christo, et Christus in nobis sit. Est ergo Christus in nobis per carnem.

Quod autem per sacraméntum in eo comunicáte carnis et sánguinis simus : ipse testátur dicens, Vos autem me vidébitis, quia ego vivo et vos vivétis : quóniam ego in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Si voluntátis tantum intélligi unitátem vellet, ut herétici ásserunt : cur

gradum quendam atque ordinem consummāde unitātis expōsuit, nisi ut ille in Patre per naturam divinitātis, nos ecōtra in eo per corporālem ejus nativitātem, et ille rursus in nobis per sacramentōrum inesse mystērium crederētur ? Ac si perfectā Mediatōrem unitas dōceret,

cum nobis in se permanētibus ipse māneret in Patre, et in Patre manens māneret in nobis : et ita ad unitātem proficiscerēmur cum eo, qui in eo naturaliter secūndum divinitātem inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente.

Lectio secunda. Ibidem.

Quod autem hec in nobis naturaliter unitas sit : ipse testatus est dicens, Qui edit carnem meam et bibit sanguinem meum : in me manet et ego in eo. Non enim in eo erit in quo ipse non fuerit : ejus tamen in se assumptam habens carnem qui suam sumpsit. Sicut misit me inquit vivens Pater, et ego vivo propter Patrem : et qui manducaverit carnem meam et ipse vivet propter me. Quomodo per Patrem vivit : eodem modo nos per carnem ejus vivimus. Hec ergo vite nostre causa est, quod

in nobis Deum manentem, per [166r.] carnem Christi habemus : victuri per eum ea conditione qua vivit ipse per Patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum vivimus, id est naturam sue carnis adepti : quomodo non naturaliter secundum Spiritum in se Patrem habeat, cum vivat ipse per Patrem ?

⁶⁶ Corpus Christi quod sumitur de altari figura est : dum panis et vinum extra videtur, veritas autem dum corpus Christi et sanguis interior in veritate creditur. *Ibidem, Corpus Christi. De Consecratione, distinctio 2.*

*Lectio tertia. De Consecr. dis. 2. Quid sit sanguis.*⁶⁷

Hec salutaris victima : illam nobis mortem Unigeniti, per mysterium representat. Qui licet surgens a mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur : tamen in⁶⁸ ipso immortaliter et incorruptibiliter vivens : iterum in hoc mysterio moritur, ejus quoque ubique corpus

sumitur, ejus caro in populi salutem patitur, ejus sanguis non jam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit hoc sacrificium : quod pro nostra absolute passionem unigeniti Filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa

immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, et in illo Jesu Christi mysterio choros angelorum adesse, summa et ima sociari, unum quid ex invisibilibus atque visibilibus fieri ? Idem inquit uno eodemque

tempore ac momento et in celo rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi : et ante oculos sacerdotis in altari videtur. Tu autem Domine miserere [nostri].

¶ *In octava Corporis Christi.*

Ad primas vesperas super psalmos hec sola dicatur antiphona Sacerdos in eternum. 1623. *Psalmi feriales.*

Capitula [et]⁶⁹ R̄. et cetera omnia sicut in prima die ad primas vesperas. 1625.

Completorium sicut infra octavas ut supra. 1594.

Ad matutinas ix. lectiones fiant.

Invitatorium [triplex].⁷⁰ Christum Regem. 1629. *Et dicitur a tribus sicut in octava epyphanie supra notatum est.*

Tota cantetur hystoria sicut in prima die : cum his lectionibus.⁷¹

Lectio j. Decreti pars iij. De Consecratione. distinctio 2. cap. lxxiij.

Tanta est unitas ecclesie in Christo : ut unus sit ubique panis corporis Christi, et unus sit calix sanguinis ejus. Calix enim quem sacerdos catholicus sanctificat, non est alius nisi ipse quem Dominus apostolis tradidit, quia sicut divinitas Verbi Dei una est que totum implet mundum, ita licet multis locis et innumerabilibus diebus illud corpus consecratur, non sunt tamen multa corpora Christi neque multi calices : sed unum corpus Christi et unus

sanguis cum illo quod sumpsit in utero Virginis, et quod dedit apostolis. Divinitas enim Verbi replet illud quod ubique est : et conjungit ac facit, ut sicut ipsa una est, ita et unum corpus ejus sit in veritate. Unde animadvertendum est quod sive plus sive minus unusquisque inde percipiat : omnes equaliter corpus Christi integerrime sumunt, et generaliter omnes, et specialiter unusquisque. Tu autem Domine.

Lectio secunda. Ibidem.

Mysterium fidei dicitur quod credere debes : quod ibi salus nostra consistat. Providens enim Dominus dedit nobis hoc sacramentum salutis, ut quia quotidie nos peccamus et ille jam mori non potest, per istud sacramentum remissionem consequamur. Quotidie enim ipse comeditur et bibitur in veritate : sed integer et vivus atque immaculatus permanet. Et ideo magnum atque pavendum mysterium est : quia aliud videtur et aliud intelligitur. Sed cum mysterium sit : verum corpus et sanguis Christi dicitur. Figuram panis et vini habet, faciente Domino : quia non habemus in usu carnem

crudam comedere, et sanguinem bibere.

⁷² Sicut verus est Filius Dei Dominus noster Jesus Christus non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi Filius ex substantia Patris : ita vera est Christi caro, sicut ipse dixit quam accipimus, et verus sanguis ejus quam potamus. Ego sum inquit panis vivus : qui de celo descendi. Sed caro non descendit de celo. Quomodo ergo de celo descendit panis vivus ? Quia idem Dominus Jesus consors est divinitatis et corporis : et tu qui accipis Christi carnem divine ejus substantie, in illo participas alimento. Tu autem.

*Ibidem.
Sicut est
verus.*

*Lectio iij. De Consecr. dis. 2. Quia passus.*⁷³

Quia passus est pro nobis Dominus : commendavit nobis in isto sacramento sanguinem suum et corpus, quod etiam fecit nosmetipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus : et per misericordiam ipsius quod accipimus nos sumus. Recordamini, et vos non fuistis et creati estis, et ad aream Dominicam comportati estis : laboribus boum, id est annunciantium evangelium triturati estis. Quando cathedumini deferebamini, in horreo servabamini : quando nomina vestra dedistis, cepistis moli jejuniis, et

exorcismis. Postea ad aquam venistis, et conspersi estis : et panis Dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo unum videtis esse quod factum est : sic et unum estote vos, diligentes vos : scilicet tenendo unam fidem, unam spem : individuum caritatem. Heretici quando hoc sacramentum accipiunt : testimonium contra se accipiunt : quia illi querunt divisionem, cum panis iste indicet unitatem. Sic et vinum in multis racemis fuit : et modo unum est. Vinum est in sua nativitate, calix est

post pressuram torcularis. Et vos post illa jejunia : post labores, post humilitatem et contritionem : jam in nomine Domini tanquam ad calicem

Christi venistis : et ibi vos estis, in mensa et in calice, nobiscum vos estis. Simul enim hoc sumimus, simul bibimus : quia simul vivimus.

Lectio quarta. Ibidem.

ITa Dominus noster Jesus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit : cum mysterium pacis, et unitatis nostre in mensa consecravit. Qui accipit mysterium unitatis et non tenet vinculum pacis : non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Nulli est aliquatenus ambigendum unum quemque fidelium corporis et sanguinis Domini tunc esse participem, quando in baptismate membrum efficitur Christi : nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiamsi antequam panem

illum comedat calicemque bibat, de hoc seculo migraverit, in unitate corporis constitutus. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non privatur : quando in se hoc quod illud sacramentum significat invenitur.

⁷⁴ Qui manducant et bibunt Christum : vitam manducant et bibunt. Illud manducare est refici : illud bibere est vivere. Quod in sacramento visibiliter sumitur : in ipsa veritate spiritaliter manducatur et bibitur.

Ibidem. Qui manducant.

Lectio v.

Manducatur Christus, vivit manducatus : quia surrexit occisus. Nec quando manducamus : partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Et norunt fideles quomodo quando manducant carnem Christi : unusquisque accipit partem suam. Unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur in sacramento : et manet integer totus in celo. Per partes manducatur in sac-

ramento : et manet integer totes in corde tuo. Totus enim erat apud Patrem quando venit in Virginem : implevit illam nec recessit ab illo.

⁷⁵ Veniebat in carnem ut homines cum manducarent : et manebat integer apud Patrem ut angelos pasceret.

⁷⁶ Invitat Dominus servos, et preparat eis cibum, seipsum. Quis audeat Dominum suum manducare ?

Ibidem. Qui manducat.

De Consecr. dis. 2. Invitat Dominus.

Et tamen ait, Qui manducat me : *De Consecr.*
 propter me. Quando manducet ^{dis. 2. Qui}
 vita manducatur : nec tamen occidit ^{manducant.}
 ut manducetur, sed mortuos vivificat.
 Quando manducatur reficit : sed non
 deficit. Non ergo timeamus fratres
 manducare istum panem, ne forte
 finiamus ⁷⁷ illum : et postea quid
 manducemus non inveniamus.

⁷⁸ Quod videtur panis et calix : quod
 etiam oculi renunciant. Quod autem
 fides postulat instruenda : panis est
 corpus Christi et calix est sanguis.
 Ista ideo dicuntur sacramenta : quia
 in eis aliud videtur et aliud
 intelligitur. Quod videtur speciem
 habet corporalem : quod intelligitur
 fructum habet spiritualem.

Lectio sexta. De Consecratione. dis. 2. Nihil. ⁷⁹

Nichil in sacrificiis majus esse
 potest, quam corpus et sanguis
 Christi : nec ulla oblatio hac potior
 est. Sed hec omnes precellit : que
 pura conscientia Domino offerenda
 est : et pura mente sumenda, atque ab
 omnibus veneranda. Et sicuti potior
 est ceteris : ita potius excoli et
 venerari debet.

super terram, pars in altari usque ad
 finem misse remanens, corpus in
 sepulchro : quia usque in finem seculi
 corpora sanctorum in sepulchris
 erunt.

Ibidem,
Triforme.

⁸⁰ Triforme est corpus Domini.
 Pars oblatae in calicem missa corpus
 Christi quod jam resurrexit monstrat :
 [167r.] et pars comesta, ambulans adhuc

⁸¹ Dum frangitur hostia, dum de *Ibidem, Cum*
 calice sanguis in ora fidelium funditur : *frangitur.*
 quid aliud quam Domini corporis in
 cruce immolatio, ejusque sanguinis de
 latere effusio designatur ?

⁸² Qui manducaverit hoc corpus : *De Consecr,*
 fiet ei remissio peccatorum. Tu *dis. 2. Ante*
 autem. *benedicti-*
nem.

Tres ultime lectiones de expositione evangelii legantur sicut in prima die. ⁸³ 1629.

Et omnes antiphone super laudes dicuntur. 1647.

*Et si aliquod festum iij. lectionum hac die contigerit : fiant inde tres medie lectiones si
 proprie habeantur : sin autem tantum memoria ad vespervas et ad matutinas et ad
 missam.*

¶ Ad primam.

Ant. Sapiencia. 1647.

Ps. Deus in nomine. (liij.) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

Ad alias horas omnia fiant sicut in die. 1629.

¶ *Ad secundas vespervas omnia fiant sicut in die* 1654. : *preter responsum quod non dicitur.*

Et si festum simplex ix. lectionum in hac die evenit : differatur in crastinum : et erunt vespere de festo : et solennis memoria de octava nisi quando commemoratio sancti Pauli hac die contigerit : differatur in crastinum : tunc enim erunt secunde vespere de octava et ad matutinas de commemoratione sancti Pauli fiat solennis memoria de octavis sancti Johannis Baptiste, cum missa in capitulo.

¶ *Si vero festum sancti Albani hac die contigerit : differatur in crastinum et tunc fiant medie lectiones de sancta Etheldreda ad matutinas de sancto Albano. Missa vero de sancto Albano post tertiam dicatur : et missa de vigilia post vj. utraque ad principale altare.*⁸⁴

¶ *Si vero duplex festum in hac die contigerit non differatur : sed totum fiat servitium de festo : et tantum solennis memoria de octava ad utrasque vespervas, et ad matutinas et ad missam in illo anno : licet festum loci fuerit [: tunc festum differatur in crastinum].*⁸⁵

¶ *Cum vero octave Corporis Christi in vigilia sancti Johannis baptiste vel in vigilia apostolorum Petri et Pauli evenit : totum fiat servitium de octavis et memoria et medie lectiones de sanctis qui ibidem contingunt. Missa vero de octavis post iij. dicatur : et missa de vigilia post vj. utraque ad principale altare.*⁸⁶

Cum autem in festo sanctorum Johannis et Pauli octava Corporis Christi evenit, festum differatur in crastinum : et fiant ibi iij. lectiones tantum, totum servitium fiat de octava et medie lectiones de sancto Johanne baptista, cum V. et responsoriis de j. nocturno hystorie ejusdem : ita tamen quod tertium responsum erit Priusquam te. {583}. nam tunc plenum servitium de sancta Maria in crastino sancti Johannis baptiste fiet.

Cum vero festum sanctorum Johannis et Pauli in dominica infra octavas Corporis Christi evenit : tunc festum differatur in crastinum : ibi inchoetur hystoria Deus ómniium. et ibi fiat solennis memoria ad vespervas et ad matutinas, et medie lectiones de Corpore Christi : nisi festum iij. lectionum evenit : quod proprias habeat lectiones vel festum sancti Johannis baptiste hanc dominicam precesserit, tunc fiant medie lectiones de sancto Johanne baptista : ut supra dictum est.

UBI [vero]⁸⁷ fiunt octave Corporis Christi cum regimine chori : hoc modo fiat servitium. In prima die tam ad vespervas quam ad matutinas et ad alias horas omnia fiant sicut in prima die, ubi octave fiant sine regimine chori : ut predictum est, excepto quod ad ij. vespervas dicuntur psalmi qui ad primas vespervas dicebantur, videlicet, ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. ps. Confitebor. (cx.) [312]. ps. Crédidi. (cxv.) [320]. ps. Beáti omnes. (cxxvij.) [332]. ps. Lauda Hierúsalem. (cxlvij.) [356]. Capitulum. Dóminus Jesus. 1625. Hymnus. Sacris solénniis. 1626. V̄. Panem de celo. 1628.

De festis vero eodem die varie contingentibus similiter fiat ut ibidem predictum est.

Per totas octavas fiat servitium de Corpore Christi : etiam in dominica nisi festum ix. lectionum intercurrat, vel festum Johannis et Pauli infra octavas evenerit.

Quotidie ad matutinas. Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut in prima die, V̄. et responsoria secundum ordinem nocturnorum dicuntur. Tres lectiones fiant cum psalmo Te Deum. [41]. et cetera.

Ante laudes versus. Panem de celo. 1628.

¶ *In laudibus dicatur hec sola antiphona Sapiéntia. 1647.*

Ps. Dominus regnavit. (xcij.) [45]. [Éc.]

Capitulum, hymnum et V̄. sicut in prima die. 1625.

Per totas octavas super psalmos Benedictus. et Magnificat. nisi in dominica et in [167v.] octava die dicuntur antiphone suo ordine que ad primas vespervas super psalmos dicebantur : cum frequenti repetitione : et etiam ad memoriam de Corpore Christi cum de aliquo sancto infra octavas fiat servitium.

Oratio. Deus qui nobis. 1629.

Nulla fiat memoria per octavas quia chorus regitur : nisi aliquod festum sine regimine chori intervenerit : et nisi in dominica quando vj. feria in crastino octavarum vacaverit : ut subnotatum est.

¶ *Ad j. et ad alias horas omnia fiant sicut in prima die 1651. : preter cantus super hymnos ad j.⁸⁸ iij. vj. et ix.*

¶ *Ad vespervas ant. Sapiéntia. 1633. ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et ceteri psalmi qui ad primas vespervas dicebantur.*

Cetera omnia tam ad vespervas quam ad completorium : sicut in prima die : preter antiphonam super psalmum Magnificat. que erit una de predictis per ordinem.

¶ *Dominica infra octavas si a festo ix. lectionum vacaverit ad primas vespervas omnia fiant sicut in aliis diebus infra octavas preter antiphonam super psalmum Magnificat. que erit O quam suavis. 1628. Nulla fiat memoria de dominica nec de Trinitate : sed neque processio fiet ante crucem : nisi forte in crastino octavarum servitium de sexta feria fuerit faciendum, tunc enim fiat memoria de dominica, de Trinitate et processio ante crucem, et tunc missa dominicalis in dicta vj. feria post octavas dicatur, et tunc responsorium Deum time. in illo anno omnino pretermittatur.*

¶ *Ad matutinas vero omnia fiant sicut in prima die, 1629. preter sex lectiones que erunt de propria legenda per octavas annotata per ordinem.*

¶ *In laudibus vero una sola antiphona dicitur.*

¶ *Ad j. et ad alias horas omnia fiant sicut in ceteris diebus infra octavas preter antiphonam super psalmum Quicunque. que erit antiphona Te jure. [99]. Et dicitur hac antiphona ad Quicunque vult. in feriis sequentibus infra octavas nisi duplex festum intercurrat.*

¶ *Ad ij. vespervas et ad completorium omnia fiant sicut in aliis diebus infra octavas preter antiphonam super psalmum Magnificat. que erit O sacrum convivium. 1654.*

Si [vero]⁸⁹ aliquod duplex festum infra octavas contigerit, vel in octava, totum fiat servitium de festo : et de octavis tantum memoria. Si autem festum ix. lectionum, et minima duplex infra octavas contigerit, etiam in dominica : totum servitium fiat de festo : et de octavis tantum memoria [et medie lectiones de festis].⁹⁰

De festis autem trium lectionum, sine regimine chori que infra octavas evenerint : memoria tantum fiat : nisi sint festis ix. lectionum conjuncta : tunc enim fiant memoria et medie lectiones in festis ix. lectionum. Tamen si festum sanctorum Johannis et Pauli infra octavas contigerit : tunc enim totum servitium fiat de festo cum ix. lectionibus propter octavas que sunt cum regimine chori tanquam si in dominica extra octavas contigerit, ne servitii proprietas omittatur. Ita tamen quod medie lectiones fiant de Corpore Christi : et de sancto Johanne baptista memoria tantum.

¶ *In octavis omnia fiant ut supra, ubi octave fiunt sine regimine chori : excepto quod si festum [simplex]⁹¹ ix. lectionum hac die contigerit differatur in crastinum, et ad secundas vespervas de Corpore Christi fiat solennis memoria de festo : nisi forte hujusmodi festum ix.*

lectionum fuerit : quod secundas vespervas habere non poterit. Similiter fiat de festo ix. lectionum in crastino octavarum contingente. Si vero duplex festum in crastino contigerit : fiat solennis memoria de octavis.

Cum commemoratio sancti Pauli hac die contigerit differatur in crastinum : et in octava fiat memoria de apostolis ad matutinas cum hac antiphona Petrus apóstolus. {613}. ad vespervas cum hac antiphona O Petre pastor. {662}. cum mediis lectionibus de octavis apostolorum.

¶ *In commemoratione sancti Pauli fiat tantum memoria de octavis sancti Johannis baptiste.*

Si duplex festum in octavis contigerit : totum servitium fiat de festo : et memoria de octavis eo anno. Si festum sanctorum Johannis et Pauli in octava die venerit fiant medie lectiones de sanctis : laudes vero de sanctis que proprie habentur, eo anno pretermittantur. In crastino vero octavarum fiat tunc commemoratio beate Marie.

Notes, pages 1623-1679.

¹ A portion of the Office of Corpus Christi appears in the Penpont Antiphonale (GB-AB 20541 E):131r-133v. Here the rubric appears as 'Officium nove solennitatem de institutione corpus christi celebrandum singulis annis v. feria post oct. pent.' There are numerous and marked divergences in the chants throughout the office as compared to 1520. The office breaks off after the ninth antiphon of matins, and the manuscript continues on 134r. with the first responsory 'Deus omnium' of the first Sunday after Trinity. The edition follows 1520; the Penpont versions of the chants will appear in the appendix. This office and its octave also appears in Arsenal:292-300v. This too will appear in the appendix.

² 1520:8v.

³ 'Antipho. Sacerdotes' Chevallon. [SB:mlxi.]

⁴ 1520:10r. has no B₄.

⁵ No flat appears in 1520:10v.

⁶ 'Immolábat', 1520:10v.

⁷ SB:mlxvi.

⁸ The liquescent in 1520:13r. in the middle of the neume at 'Christum' is an anomaly here. It may in fact reflect a tradition in which the second syllable of 'Christum' appears three notes earlier, as appears in several continental sources in CANTUS, such as A-KN 1015:184r, A-KN 589:44v, D-Mbs Clm 4306:112v, and F-Prim lat. 15182:187r.

⁹ *Augustini* In Joan. Evangel. Tract, xxvi., *Opera* III. 1986. [SB:mlxx.]

¹⁰ 'Cum enim cibo', 1520:13r.

¹¹ *Legendum forsán cum Portiforiis* 'socios eorum.' [SB:mlxx.]

¹² 'qua' *conjecit vir reverendus E. Atkinson, S.T.P.* [SB:mlxxi.]

¹³ 1520:13v. has flats only at 'cálice' and the final B of 'participámus'.

¹⁴ 1520:14v.

¹⁵ 'vel', 1520:14v.

¹⁶ 1520:15r. indicates only '*Hymnus. Sacris solénniis. ☩. Posuit fines.*'

¹⁷ 1531:161v. concludes with 'allelúya' but no 'allelúya' appears here in 1520:15r. If 'datur allelúya' were performed it would be set F.FG A.G.F.F.

¹⁸ 1520:15r.

¹⁹ '*observetur*', 1520:15r.

²⁰ 'medie' Chevallon. [Sbmlxxvi.]

²¹ 1520:15r.

²² 1520:15v.

²³ *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. lxi.* [SB:mlxxviii.]

²⁴ 1520:15v.

²⁵ SB:mlxxx. has 'Non est [enim] minus créare' with the note "Non est minus dare' Chevallon.'

²⁶ *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. lv.* [SB:mlxxxii.]

²⁷ *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. lvii.* [SB:Sbmlxxxiv.]

- 28 'quómo' *Legenda* 1518; 'quo modo', *Brev.* 1531..
- 29 *ibid.* cap. lx. [SB:mlxxxiv.]
- 30 *ibid.* cap. lxiii. [SB:mlxxxiv.]
- 31 *ibid.* cap. xlvi. [SB:mlxxxiv.]
- 32 *Legendum cum Portiforiis* 'Caro visibilis videlicet est sacramentum carnis.' [SB:mlxxxv.]
- 33 *Ibid.*
- 34 *Breviarium estivalis* (Sarum), no date, 13r.
- 35 *Ibid.*
- 36 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. lxxi.* [SB:mlxxxv.]
- 37 SB:mlxxxv. omits 'sit' and adds the footnote: 'passus sit' *Chevallon.*
- 38 'Qui profecto' *Chevallon.* [SB:mlxxxv.]
- 39 *ibid.* cap. l. [SB:mlxxxvi.]
- 40 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. lxxii.* [SB:mlxxxvii.]
- 41 *ibid.* cap. lxxiv. [SB:mlxxxviii.]
- 42 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. xiii.* [SB:mlxxxix.]
- 43 *ibid.* cap. xiv. [SB:mlxxxix.]
- 44 *ibid.* cap. lvi. [SB:mxci.]
- 45 *ibid.* cap. lxvi. [SB:mxci.]
- 46 *ibid.* cap. lxvii. *mox* 'Non quod prohibeat' *ed.* 1510, *Legenda* 1518. [SB:mxci.]
- 47 *ibid.* cap. lxviii. [SB:mxci.]
- 48 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. xlvi.* [SB:mxci.]
- 49 'digne' does not appear in the *Vulgate.*
- 50 *ibid.* cap. xxxv. [SB:mxci.]
- 51 'nobis corporis et sanguinis conse-' *Legenda* 1518. [SB:mxci.] 1531:164v. has 'panis et ságuinis conse-'.
- 52 'si' *Legenda.* [SB:mxcii.]
- 53 'ad altare' *ed.* 1516. *Leg.* 1518. [SB:mxcii.]
- 54 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. Cap. liii. 'i. io. semel.'* *Chevallon.* [SB:mxci.]
- 55 *ibid.* cap. i. [SB:mxci.]
- 56 *ibid.* cap. vii. [SB:mxci.]
- 57 'mihi' in hoc loco *Chevallonius* cum editione A.D. 1516, 'michi' *Legenda.* [SB:mxci.]
- 58 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. lxxiii.* [SB:mxci.]
- 59 'Non mobilis' *Leg.* 1518. [SB:mxci.]
- 60 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. vii.* [SB:mxci.]
- 61 'aut aqua sola' *non habet* *Chevallon* : 1531 ; *nec ed.* 1516. *neque Leg.* 1518. [SB:mxci.]
- 62 *Decreti pars iii. De Consecratione. Distinctio 2. cap. v.* [SB:mxci.]
- 63 'aqua' *non habent ed.* 1516. *Leg.* 1518. [SB:mxci.]
- 64 *ibid.* cap. iv. 'In 10.' *Chevallon. ibid.* cap. lxxxiii. [SB:mxci.]
- 65 'corporis Christi Christus' *ed.* 1516. *Legenda* 1518. [SB:mxci.]

- ⁶⁶ 'Corpus 10.' Chevallon. Decreti pars iii. *De Consecratione*. Distinctio 2. cap. lxxix. [SB:mxcvii.]
- ⁶⁷ *ibid.* cap. lxxiii. [SB:mxcvii.]
- ⁶⁸ 'se ipso' *ed.* 1516. *Leg.* 1518. [SB:mxcviii.]
- ⁶⁹ SB:mxcviii.
- ⁷⁰ 1520:15v.
- ⁷¹ 1520:15v. gives the incipit for Lectio j. as 'Quotidie eukaristie.' (see p. 1651.)
- ⁷² Decreti pars iii. *De Consecratione*. Distinctio 2. cap. lxxxiv. [SB:mc.]
- ⁷³ *ibid.* cap. xxxvi. [SB:mc.]
- ⁷⁴ Decreti pars iii. *De Consecratione*. Distinctio 2. cap. lviii. [SB:mci.]
- ⁷⁵ *ibid.* cap. lxxv. [SB:mcii.]
- ⁷⁶ *ibid.* cap. lxx. [SB:mcii.]
- ⁷⁷ 'sumamus' *ed.* 1510. *Leg.* 1518. [SB:mcii.]
- ⁷⁸ Decreti pars iii. *De Consecratione*. Distinctio 2. cap. lviii. [SB:mcii.]
- ⁷⁹ *ibid.* cap. viii. 'Nihil' Chevallonius, sed mox 'Nichil.' [SB:mcii.]
- ⁸⁰ Decreti pars iii. *De Consecratione*. Distinctio 2. cap. xxii. [SB:mcciii.]
- ⁸¹ *ibid.* cap. xxxvii. [SB:mcciii.]
- ⁸² *ibid.* cap. xl. [SB:mcciii.]
- ⁸³ At this point *Legenda-1518:152v-153v.* adds an extensive reading attributed to Augustine. See the Appendix.
- ⁸⁴ 'Et tunc non dicitur memoria de S. Etheldreda ad missam de Vigilia, sed ad magnam missam de S. Albano tantum.' Brev. 1516. [SB:mciv.]
- ⁸⁵ 1520:15v. (This is difficult to read.)
- ⁸⁶ 'Et tunc ad j. vespas et ad matutinas de S. Johanne Baptista, fiat solennis memoria de Oct. Corporis Christi. Similiter fiat in festo Apostolorum Petri et Pauli.' Brev. 1516. [SB:mciv.]
- ⁸⁷ 1520:16r.
- ⁸⁸ 1520:16r. omits 'j.'
- ⁸⁹ 1520:16v.
- ⁹⁰ 1520:16v.
- ⁹¹ 1520:16v. 'festum duplex' Brev. 1516. [SB:mcviii.]